



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Promoemivm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

quò facilius res, & cōmodius operetur, & quia tenuiores medicamenta partes requirimus, crassioribus reiectis, quæ nostro officiunt instituto, & sic de alijs operationibus intelligendum est. Hæc nostro operi opportuna & necessaria esse censui.

Si quis autem hæc fusus exoptabit, Medicorum libros consulat. Sed nunc ab his promovetamus stylum.



# IO. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITA- NI, MAGIÆ NATURALIS LIBER SECUNDVS,

Varia inter se commisceri docet animalia, ut  
noua, & utilia progignantur.

## PRO O E M I V M .

**H**ACTENVS in causis, earumque actionibus, quod primo volumine præcepisse visum est, latius euagati, quam par fuerat: nunc autem quas polliciti sumus sè operaciones aggredi non intempestiuum videtur, ne percupida eiusmodi videnti ingenia molestissimè detineamus. Quum Magiam naturalium scientiarum apicem, & consummatam facultatem dixerimus, de ea igitur tractaturi, quod cunque summum, nobile, electum, & insigne, quod in latissimis naturalis historiæ campis pertracta-

tum est, intra huius voluminis sepa, concludemus; sed ut id præstare, & perficere possumus, arcana hac in sua loca redigemus, & ne quid sua classe pulsus sit, scientiarum ordinem sequemur: Eas primum in naturales, & mathematicas diuidemus, & à naturalibus ordiemur, sic enim nos decere coniçimus, vt è simplicioribus, & minus operosis, notioribusq; ad mathematicas euehamur. Ab animalibus igitur primò, mox à plantis, & quasi per gradus ad metalla, & ad alia Naturæ opera. Summa describemus, siue fontes, vnde rerum scaturigines profluunt, & vñ rationes & causas adiungemus, vt industrius, & gnarus rei ex se alia inueniat. Quia duæ animalium, & plantarum sunt generationes sponte, & coitu, primò quæ sponte nascuntur dicemus, mox quæ variorum commissu, vt noua animalia, & prioribus seculis inuisa producamus. A putrefactione igitur exordiemur, quodea principium existat non solum ex varietate simplicium, sed miserrorum miscitilium noua producendi. Nec omittendum duximus aliqua et si vilia fuerint, quum nulla Naturæ res sit, quamvis vilissima appareat, in qua admirandum aliquod non habeatur.

*De putrefactione, & de vi mira producendi animalia. C A P. I.*

**D**E C E R E V I S U M E S T , V T P R I N S Q U A M A P U T R E F A C T I O N E N O U A G I N I A N I M A L I A D O C C E A M U S , P R I S C O R U M P H I L O S O P H O R U M P L A C I T A , Q U æ D E C A S E N S E R I N T , P E C U R R A M U S , E T S I D E E A R E N O S T R I S I N P H Y T O G N O M O N I C I S L O Q U U T I S U M U S , N E L E C T O R I S A N I M U S A L I B I D I U E R T A T U R H I C A L I Q U A P R æ F A R I , V T E X E A N O N S O L U M I M P E R F E C T A , S E D P E R F E C T A Q U I D E M A N I M A L I A G I N I V I D E A M U S ,

Po-